

F R. AE G I D I I  
COLVMNAE ROMANI  
VNIVERSI ORD. EREMIT. S. AVGVSTINI  
PRIORIS GENERALIS  
SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS FVNDATISSIMI.  
ARCHIEPISCOPI BITVR ICENSIS  
PRIMATIS A Q V I T A N I A E,  
ET S. R. E. CARDINALIS


*IN TERTIVM LIBRVM SENTENTIARVM*  
*Eruditissima Commentaria cum Questionibus.*

Quæ, postquam trecentis circiter annis in insignibus Bibliothecis Vaticana, & Angelica Romæ,  
ac Carbonaria Neapoli manuscripta delituere, tandem studio, labore, atque industria  
Reu. <sup>mi</sup> P. F. Fulgentij Gallucci Georginatis, Doctoris Theologi, eiusdemq. Ord.  
Eremitarum S. Augustini Prioris Generalis, Apostolici Sacrarij  
Præfecti, Episcopi Tagastensis, è tenebris cruta, nunc  
primùm typis deprompta fuere.

*GEMINO CVM ELENCHO LOCUPLETISSIMO.*  
*Rerum scilicet notabilium: atque Distinctionum, Questionum, & Articulorum.*

Accesserunt quoq; breves Resolutiones in fronte cuiuslibet Articuli, Annotationes marginales, Scholia,  
Citationes Doctorum, & quod præcipuum est, Supplementum totius Operis, quod desidera-  
batur à Distinctione 12. vsque ad 40. ex varijs eiusdem Authoris editis libris  
excerptum, & ad Magistri Sententiarum methodum  
sedulò digestum.

Opus profecto nedum omnibus Theologis, Concionatoribus, & Sacrae pagina Professoribus, sed cunctis  
Lectoribus Catholicis, animarumq. Curatoribus perutile.



ROMÆ, Ex Typographia Alexandri Zannetti. M D C X X I I . raa  
SUPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

ILLVSTRISSIMO  
PRINCIPI  
LVDOVICO  
CARDINALI  
LVDOVISIO.

NOBILITATE GENERIS  
SPLENDORE DOCTRINAE  
CLARITATE VIRTUTVM  
IN ROMANA CVRIA SPECTABILI,  
IN HUMANA LAVDE MEMORABILI  
AETATEM HONORIBVS,  
HONORES MERITIS,  
ANTEGRESSO,  
CELEBRITATE NOMINIS TERRAS,  
INTEGRITATE PECTORIS COELVM,  
ANIMI MAGNITUDINE MVNDVM  
SVPERGRESSO  
HEROV M CORIPHAEO,  
SAPIENTVM MOECENATI.

CVIVS  
IN AGENDO PRUDENTIAM,  
IN DICENDO FACUNDIAM,  
IN COGITANDO SOLERTIAM  
VENERANTVR PRAESENTES,  
MIRANTVR ABSENTES.

QVEM  
BONORVM LAETITIAE,  
MORTALIVM SALVTI,  
GENTIVM COMMODIS,

PUBLICAE FELICITATI  
OMNIVM BONO NATVM  
BONONIA LITTERARVM PATRIA  
EDVCAVIT AD LAVREAM:  
ROMA DIGNITATVM REGIA  
ERVDIVIT AD GLORIAM:  
FERACITAS INGENII,  
MATVRITAS IVDICII,  
SVAVITAS MORVM  
ADORNAVIT AD PVR PVRAM,  
QVEM  
TEMPESTIVE PROVIDVM  
CONTINENTER VIGILEM  
IVSTITIAM FACILITATE,  
CLEMENTIAM GRAVITATE  
TEMPERANTEM,  
IN PROSPERIS MODERATVM,  
IN ADVERSIS MAGNANIMVM,  
OMNIVM TEMPORVM DOMINVM,  
OMNIVM HORARVM HOMINEM  
SAEPE SPECTATVM,  
SEMPER ADMIRABILEM,  
QVOVIS TEMPORE LAVDANDVM,  
NVLLO SATIS,  
AD CHRISTIANI MOLEM IMPERII  
PIETATE PROTEGENDAM,  
CONSILIO MODERANDAM,  
SAPIENTER, PRVDENTERQ. APPLICVIT.  
BEATISSIMVS EIVS PATRVVS  
GREGORIVS DECIMVSQVINTVS  
ROMANVS PONTIFEX,  
TER OPTIMVS, TER MAXIMVS,

DIVI-


DIVINITATIS INTERPRES  
POPVLORVM PATER  
ANIMARVM PATRONVS  
RELIGIONIS ARBITER SVPREMVS.  
HAS  
AEGIDI COLVMNAE ROMANI  
RELIGIOSAE D. AVGVSTINI FAMILIAE  
DOCTORIS SAPIENTISSIMI  
PVRPVRATI SENATVS, SANCTAEQ. ROMANAECCLESIAE  
LVMINIS ILLVSTRISSIMI  
THEOLOGICAS DISPVTATIONES,  
AB OPERE VETVSTAS  
AB ORDINE RECENTES,  
QVI EAS  
VARIIS DISPERSAS LIBRIS  
CONGREGAVIT,  
IN METHODVM SCHOLASTICAM  
REDEGIT  
ORDINI MAGISTRI SENTENTIARVM  
ACCOMMODAVIT,  
A MENDIS INNVMERIS EXPVRGAVIT,  
SCHOLIIS, ET INDICIBVS  
DITAVIT,  
TYPORVMQ. IN LVCEM  
REVOCAVIT  
FRATER FVLGENTIVS GALLVCCIVS  
TAGASTENSIS EPISCOPVS,  
APOSTOLICI SACRARII PRAEFECTVS,  
ET COETVS  
EREMITARVM S. AVGVSTINI  
PRIOR GENERALIS  
IN AETERNV M OBSEQVII TESTIMONIVM  
DAT, DICAT, ADDICIT.

# AVGVSTINIANAE FAMILIAE NOSTRAE SEMPER AVGVSTAE.


FR. FVLGENTIVS GALLVCCIVS  
Prior Generalis, &c.



*V A M* constantibus vestrum omnium votis exoptaretur, ut Aegidij Romani, Ordinis Nostri Doctoris, et meritis, et titulis Illusterrimi, quae latebant in tenebris, in Tertium Sententiarum Librum Theologicae Commentationes Typorum lucem aliquando viderent, utque in Gymnasiorum lumine manifestius viderentur; et ex multo iam tempore nos animaduertimus, et in partem accessimus tam iuste, tamq. eruditae cupiditati. Quin etiam ut communibus optatis non modo confessionem animi, sed etiam operis conspirationem adiungeremus, quantum a Theologicas lectionibus, dum Regentis munere fungeremur, alijsq. nostrae Augustinianae familie administrationibus, postquam ad Regiminis illius coronadem electi fuimus, concessum fuit; in hanc rem, et curam, toto pectore, totisq. mentis viribus incubuimus. Verum studiosissime voluntati temporis opportunitas non respondit. Quamobrem longius, quam nostra spes, et vestra requirebat expectatio, protracta res est. Nunc igitur sedulò pendentes munus, quo nos diuina misericordia cumulauit, magis etiam, magisq. cumulatum fuit et studium, et debitum, et quissimis postulatis vestris obsecundandi: statuimus propterea, annuente Deo, celibibusq. iuuantibus, ad singularē nostrae familie gloriam, ad communem studiorum utilitatem, et quod præcipuum esse debet, ad maius Diuini Numinis obsequium: thesaurum hunc absconditum in publicam litteratorum lucem exponere, atque in theatrum dare Sapientum hunc postremum partum sapientissimi Aegidij nostri, cuius firmissimis fundamentis nostrae doctrinae fabricatio nititur universa. Vos, quas, tamdiu votis omnibus euocatis tanti viri lacubrations, grangeranter excipite: meosq. in ijs, quæ ad ordinem, formamq. scholasticam, redigendis, et disponendis labores, et qui boniq. consulite, ac Valete.



# BENEVOLO LECTORI SALVTEM.



INTER eos , qui Theologicis Commentationibus , in publicam utilitatem editis , de Christiana Religione , ac Fide Catholica sunt optime meriti , non postremum obtinet locum præstantissimus doctrinæ Sacræ Magister Fr. Aegidius , Patria Romanus , genere Columna , Ordinis Eremitarum S. Augustini Doctor eximus : dignus , qui præceptorem habuerit Theologorum Principem Aquinatem , dignior , à quo eiusdem S. Thomæ operum effata fuerint olim in Correctorio Corruptoris sapientissimè defensâ . Is igitur Vir non tam sacræ purpuræ , quam doctrinæ splendore conspicuus , cum priores duos Sententiarum Petri Lombardi Libros , suis Commentationibus illustratos , Posterorum ut institutioni , sic admirationi reliquisset : eiusdem Operis Librum Tertium , vnde decim primis Distinctionibus tantum Instructum , cæteris destitutum , ad nostram transmisit ætatem : siue id mortis iniuria factum sit , nobis tam præclari operis absolutionem inuidenter : siue temporum fraude , quæ , tam utiles lucubrations ad nostras manus peruenire , vetuerit . Quamobrem , ut nullus tanti partus ingenij publicæ beneficio lucis fraudaretur : neque postremus hic fœtus , veluti abortu mentis effusus , mutilus , & monstruosus expone- retur : pluribus ab hinc annis id ego laboris , atque operis suscipere decreui : ut ex omnibus tam erudit Scriptoris voluminibus in unum ea redigerem , quæ materias attingunt , exponi solitas à duodecima ad quadragesimam usque Di- stinctionem . Atque in eo præsertim non mediocre studium elocaui , ut Aegidiij non modò sententiam , sed etiam ipsa verba suis locis disponerem : quoad Magistri Sententiarum mos , & ratio patiebatur . Quoniam vero doctrinam hanc partim in tractatum , atque expositionum formam ille digeſſerat , ne pars haec , nuper addita , à cæteris Distinctionibus admodum discreparet : in quæſtionum Scholasticarum morem , ac modum eam redigi . Vniuersum in- ſuper opus annotationibus , resolutionibus , citationibus , ac rerum difficilium explanationibus exornare pro viribus , atque illustrare contendi . Opus enimue-

rò dignum hoc erat, vt in publicam aliquando prodiret lucem, cùm trecentis amplius annis in tenebris delituerit. Atque utinam informis antea partus huiuscemembera distinguendi solertius, atque informandi vim noctis mea esset lingua, veluti esse tradunt Virgine genitricis ingenium: vberiora profecto hinc emanarent in litteratorum hominum genus emolumenta. Neque enim alium hic ego laborum meorum fructum spe-ctavi, nisi post Diuinæ pretium glorie, tuam, sapiens, atque amice Lector, utilitatem. Quam, vt affluenter colligas, ab omnium largitore munera Deo summis precibus expeto.  
Vale.



## EPIGRAMMA.

**E**X animi, qui nomen habes, Fulgore sereni,  
Quam niueos mores ore, manuq. notas?  
Egregijs latè Fulgens virtutibus aptum,  
Quippe tuis meritis nomen, & omen habes.  
Aegidij iubar è tenebris in luminis oras  
Tam bene qui posset prodere, nullus erat.

## DE LIBRI AVTHORE ET INSTAVRATORE.

**A**SPICIS excelsam stantem sub mole Columnam?  
Immanis Templi pondera quanta subit?  
Scilicet auspicijs sacri fundata Lycei  
Ventorum, aut cui non timet illa minas:  
Nunc ubi luce noua tacito defossa sepulchro est,  
Morte semel victa, nesciet usque mori.

## DE AEGIDIO ROMANO AD ROMAM.

**R**OMANA his merito regnat sapientia chartis.  
Mens, ubi Romani Presulis alta viget.  
Aegidij monumenta tui complectere felix  
Roma: tuas laudes intulit ille suis.  
Romanum est, quicquid magnum est, hinc dispice Ciuem  
Roma tuum. Magnum est, quicquid & Aegidij est.

## AD IPSVM LIBRVM.

**I**TE per sacras animi palestras  
Alma doctrinae monumenta magna  
Mentis illustris joboles, diserti  
Gloria Regni.

Nunc

*Nunc ubi priscis reuocans ab umbris  
Luce vos latè propria colorat,  
Qui serenatum tulit e beato  
Lumine nomen.*

*Ille vos coecis sapiens tenebris  
Extulit, sparsimq. refusa in unum  
Compulit, doctæ instituitq. voces  
Reddere lingue.*

*Nomen antiqui simul & nouelli  
Fronte signetur Genitoris: ambos  
Ferte sublimes pereunte nunquam  
Laude per Orbem.*

**DE AEgidii ROMANI**  
**LIBRO TERTIO SENTENTIARVM**  
è tenebris in lucem euocato per Reuerendiss. P.  
Fr. Fulgentium Galluccium, &c.

**F**UNDATA *sacris artibus, aurei  
Columna Templi; quod sapientia  
Olim beati dedicauit  
Ingenij generosus ardor.*

*Nunc è latebris eruta, queis diu  
Iacebat altè condita: amabiles  
Sortitur oras litterati  
Luminis, & iubar eruditum.*

*Fulgentis hæc sunt munera Præfulis:  
Hæc sunt diserti præmia pectoris.  
Vterque magnus, quique sparsit  
Mentis opes, modò quique legit.*

*Augusta proles magnanimi Patris:  
Vos ille prono lumine respicit  
Virtutis hæredes auitæ,  
Blandisonæque animæ sequaces.*

*Per ora longum viuite Gentium  
Mundi per oras viuite diffitas.  
Lauru coronali reuinctos  
Emeritus sociabit æther.*

**GRE.**

# GREGORIVS PAPA XV.



D FVTVRAM REI MEMORIAM. Cùm sicut dilectus filius Alexander Zannettus Bibliopola Almæ Vrbis nostræ Nobis nuper exponi fecit, ipse opus quoddam Fr. Aegidij Romani Ordinis S. Augustini in Tertium Librum Sententiarum eruditissima Commentaria cum Quæstionibus inscriptum, in lucem edere intendat, ac vèreatur, ne postquam in lucem pròdierit, alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt opus huiusmodi imprimi facere carent, in ipsius Alexandri præjudicium; Nos eius indemnitati, ne ex impressione huiusmodi aliquod dispendium patiatur, prouidere, illumq. specia libus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequen. harum serie absoluente, & absolutum fore censemtes, supplicationibus ipsius Alexandri nomine Nobis super hoc humiliter porre&ts inclinati, eidem Alexandro, vt decennio proximo durante à primæua operis huiusmodi, dummodo tamen antea à dilecto filio Magistro Sacri Palatij Apostolici approbatum sit, impressione computan. nemo tām in Vrbe, quām in vniuerso statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè Nobis subiecto opus huiusmodi sine speciali dīcti Alexandri, aut eius hæredum, & successorum, vel ab eis causam habentium licentia, imprimere, aut ab alio, vel alijs impressum vendere, seu venalem habere, aut proponere possit, & valeat, auctoritate Apostolica tenore prædictum concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuersis, & singulis vtriusque sexus etiæ fidelibus, præsertim Librorum Impressoribus, sub quingentorum ducatorum auri de Cartiera, & amissionis Librorum, & Typorum omnium pro vna Cameræ nostræ Apostolicæ, ac pro alia eidem Alexandro, ac pro reliqua tertijs partibus accusatori, & Iudici exequenti irremissibiliter applican. eo ipso absque vlla declaracione incurren. ne dicto decennio durante, opus huiusmodi, aut aliquam eius partem, etiam prætextu additionum, aut explanationum, tām in magno, quām in paruo folio, ac tām in Vrbe, quām in reliquo Statu Ecclesiastico prædictis, sine huiusmodi licentia imprimere, ab alio, vel alijs impressum vendere, seu venalem habere, aut proponere quoquomodo audeant, seu præsumant. Mandantes propterea dilectis filijs nostris, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iustitiæ Ministris Provinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status nostri Ecclesiastici prædicti, quatenus eidem Alexandro, eiusq. hæredibus, & successoribus, seu ab eis causam habentibus huiusmodi in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandounque ab eodem Alexandro, & alijs prædictis fuerint requisiti poenas prædictas contra quoscunque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis statutis, & consuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, cæterisq. contrarijs quibusunque. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam in ipso opere impressis, manu aliquius Notarj publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeat, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xviiij. Maij MD CXXII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Loco + sigilli.

S. Card. S. Susanna.

Imprimatur , si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sacri Palatij Apostolici.  
*A. Episc. Hieracen. Viceg.*




EGO Magister Fr. Andreas Gelsiminus Cortonensis Procurator Generalis totius  
Ordinis Eremitarum S. P. Augustini Sac. Congregationis Indicis Theologus  
Consultor , & in Almo Gymnasio Sapientie de Vrbe Ordinarius Sacre Scripturae Interpres , ex commissione Reuerendissimi P. Fr. Nicolai Rodulfij Ord. Præd. Sacri  
Apostolici Palatij Magistri , Commentaria , & Quæstiones in Tertium Librum Sententiarum nostri Aegidij Columnæ Romani diligenter perlegi , & nihil in eis deprehendi, quod aut moribus contradicat , aut Catholicæ fidei repugnet: Quin potius omnia mira facilitate , singulari perpicuitate , sana ac summa doctrina , & graui resolutione vberimè disputata reperi . Proinde censeo excudi posse , & debere in communem studiosorum utilitatem : dignissima quidem tanto Authore , qui maximarum virtutum concursu inclitus , ob doctrinæ constantiam iure Fundatissimi cognomen adeptus est , verus S. Thomæ discipulus , & auditor , eiusdemq; doctrinæ Angelicæ Propugnator præcipuus , cuius nomen Operis perfectionem abunde commendat .  
Romæ die 25. Aprilis 1623.

*Magister Fr. Andreas Cortona  
Procurator Generalis.*



*In primatur.*

Fr. Vincentius Martinellus Socius Reuerendissimi P. Fr. Nicolai Rodulfij  
Ord. Præd. Sacri Apostolici Palatij Mag.



# INDEX TITVLORVM DISTINCTIONVM.

QVAESTIONVM, ET ARTICVLORVM  
D. Aegidij Romani super Tertium Sententiarum,  
qui hoc volumine continentur.

Distinctionis Primæ Pars Prima.

Quæstionis Primæ Articuli Sex.

- 1 **V**TRVM fuerit possibile Deum carnem assumere, vel aliquam naturam creatam sibi unire.
- 2 Vtrum Persona hominis sumatur ex anima rationali.
- 3 Vtrum Persona Diuina, & specialiter Persona Filij potuerit incarnari sine alia.
- 4 Vtrum Pater, & Spiritus Sanctus potuerint incarnari.
- 5 Vtrum plures persona diuina possint assumere unam, & eandem numero naturam.
- 6 Vtrum sit possibile, quod una Persona assumat, & uniat sibi plures naturas humanas.

Dubitatio Lateralis.

Vtrum Christus, assumens duas humanas naturas, deberet dici unus homo, vel duo homines.

Distinctionis Primæ Pars Secunda.

Quæstionis Secundæ Articuli Quinque.

- 1 Vtrum congruum fuerit huiusmodi unionem fieri in Natura Diuina.

2 Vtrum congruum fuerit diuinum suppositum, vel diuinam naturam carnem assumere.

3 Vtrum congruitas incarnationis Dei, siue Filij Dei fuerit tanta, ut debeat dici necessitas.

4 Vtrum congruentius fuerit incarnari Filium, quam Patrem, vel Spiritum Sanctum.

5 Vtrum congruentius fuerit incarnationem fieri in tempore, in quo facta est, quam in alio tempore.

Dubitatio Prima Litteralis.

Quare tempus missionis Filij in carnem dictum sit tempus plenitudinis.

Dubitatio Secunda Litteralis.

Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Misit Deus Filium suum factum, &c.

Dubitatio Tertia Litteralis.

Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Factum ex muliere.

Dubitatio Quarta Litteralis.

Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Factum sub lege.

Dubitatio Quinta Litteralis.

Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera-

# I N D E X.

*littera dicitur. Vt eos, qui sub lege erant, redimeret.*

## Dubitatio Sexta Litteralis.

*Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Hæc est mulier Evangelica, &c.*

## Dubitatio Septima Litteralis.

*Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Nec eandem Trinitatem in specie Columbae, &c.*

## Distinctionis Secundæ Pars Prima.

Quæstionis Primæ Principalis  
Articuli Quatuor.

1 *Vtrum Dei Filius totam naturam humanam assumpserit.*

## Dubitatio Prima Lateralis.

*Vtrum Christus cum carne assumpserit etiam animam.*

## Dubitatio Secunda Lateralis.

*Vtrum Christus assumpserit formam, totius.*

### Articulus Secundus.

2 *Vtrum Christus assumpserit naturam humanam in omnibus suis individuis, vel in omnibus suis suppositis.*

## Dubitatio Prima lateralis.

*Vtrum Christus debuerit assumere naturam de stirpe, vel de genere ipsius Adæ.*

## Dubitatio Secunda Lateralis.

*Vtrum Christus debuerit accipere naturam humanam in ipso Adam.*

### Articulus Tertius.

3 *Vtrum natura humana fuerit magis assumpibilis, quam Angelica.*

### Articulus Quartus.

4 *Vtrum natura irrationalis sit assumpibilis.*

## Distinctionis Secundæ Pars Secunda.

Quæstionis Secundæ Principalis  
Articuli Quatuor.

1 *Vtrum Dei Filius assumperit carnem, mediante anima.*

## Dubitatio Lateralis.

*Vtrum Christus assumperit animam, mediante spiritu.*

### Articulus Secundus.

2 *Vtrum Deus assumperit totam naturam humanam, mediante partibus.*  
Articulus Tertius.

3 *Vtrum Natura humana fuerit assumpita mediante gratia.*  
Articulus Quartus.

4 *Vtrum prius fuerit concepia caro, quam assumpta.*

## Dubitatio Prima Litteralis.

*Quæritur super illo verbo. Quod autem humanæ naturæ, &c.*

## Dubitatio Secunda Litteralis.

*Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Errant, qui nomine humanitatis, non substantiam, sed proprietatem quandam, à qua homo nominatur, significari contendunt, quomodo intelligendum sit.*

## Dubitatio Tertia Litteralis.

*Vlterius dubitaret aliquis, quomodo, nuda natura, dicatur sumi secundum proprietatem vocabuli.*

## Dubitatio Quarta Litteralis.

*Vlterius dubitaret aliquis quomodo habeat veritatem dictum Damasceni,  
Quod*

# I N D E X.

Quod si Verbum assumpsisset natu-  
ram humanam, hoc non esset incar-  
natio, sed deceptio incarnationis.

## Dubitatio Quinta Litteralis.

*V*literius dubitaret aliquis de alio dicto  
*Damasceni*, quod in Christo non  
est communem speciem accipere.

## Dubitatio Sexta Litteralis.

*V*literius dubitaret aliquis de eo, quod in  
littera dicitur. Nec enim factus est,  
nec est, nec aliquando fiet aliis.

## Dubitatio Septima Litteralis.

*V*literius dubitaret aliquis de eo, quod in  
littera dicitur. Omnia, quae in hu-  
mana natura plantauerat, assumpsit  
Dei Verbum.

## Dubitatio Octaua Litteralis.

*V*literius dubitaret aliquis de eo, quod in  
littera dicitur. In quem errorē, &c.

---

## Distinctionis Tertiæ Pars Prima.

### Quæstionis Primæ Articuli Quatuor.

1 *V*trum caro Virginis fuerit sanctifica-  
ta, antequam animata.

## Dubitatio Prima Lateralis.

*V*trum per ea, quæ dicuntur de Ioanne  
Baptista, possimus excipere B. Virgi-  
nem à peccato originali.

## Dubitatio Secunda Lateralis.

*V*trum per ea, quæ dicuntur de Ieremia,  
possimus excipere B. Virginem ab  
originali.

## Dubitatio Tertia Lateralis.

*V*trum per ea, quæ dicuntur de statu in  
nocentia, possimus excipere B. Virgi-  
nem ab originali peccato.

## Articulus Secundus.

3 *V*trum B. Virgo fuerit sanctificata in  
vtero, antequam nata ex vtero.

## Dubitatio Prima Lateralis.

*V*trum de omnibus Sanctis generaliter  
debeat intelligi, quod nullus fuerit in  
vtero sanctificatus.

## Dubitatio Secunda Lateralis.

*V*trum Sanctificatio Virginis in vtero  
fuerit excellentior quacunque sanctifi-  
catione aliorum.

## Articulus Tertius.

3 *V*trum B. Virgo per primam sanctifi-  
cationem fuerit omnino à peccato im-  
munis.

## Dubitatio Lateralis.

*V*trum B. Virgo post primam sanctifi-  
cationem caruerit omni peccato actuali

## Articulus Quartus.

4 *V*trum B. Virgo fuerit specialiter san-  
ctificata, quando fuit ab Angelo salu-  
tata, & annuntiata.

---

## Distinctionis Tertiæ Pars Secunda.

### Questionis Secundæ Principalis Articuli Tres.

- 1 *V*trum caro Christi fuerit de sanguine  
Virginis formata.
- 2 *V*trum B. Virgo fuerit ad hoc aliqua  
actiuè operata.
- 3 *V*trum conceptio, vel generatio Christi  
debeat dici naturalis, vel miraculosa.

---

## Distinctionis Tertiæ Pars Tertia.

### Questionis Tertiæ Princip. Art. vnicus.

*V*trum conceptio Christi fuerit per An-  
gelum pronuncianda.

# I N D E X.

## Distinctionis Tertiæ Pars Quarta.

### Quæstionis Quartæ Principalis Articuli Tres.

1 *Vtrum Caro Christi in antiquis Patribus fuerit infecta.*

Dubitatio Prima Litteralis.

*Quo pacto caro Christi in antiquis Patribus infecta nuncupetur.*

Dubitatio Secunda Litteralis.

*Vtrum caro Christi fuerit in antiquis Patribus, vel in B. Virgine ante eiusdem Christi conceptionem, secundum aliquid determinatum, & demonstrabile.*

Articulus Secundus.

2 *Vtrum omnes descendentes ab Abraham sint in ea decimati.*

Dubitatio Litteralis.

*Vtrum Christus fuerit decimus in Abraham.*

Articulus Tertius.

3 *Vtrum sanctificari conueniat Christo.*

Dubitatio Prima Litteralis.

*Quomodo sit intelligendum illud verbum. Spiritus Sanctus superueniet in te, &c.*

Dubitatio Secunda Litteralis.

*Quomodo sit intelligendum illud verbum. obumbrabit.*

Dubitatio Tertia Litteralis.

*Quomodo id, quod fuit in Virgine, se ba- buit, ut diuinum semen.*

Dubitatio Quarta Litteralis.

*Quomodo sit intelligendum, quod dicitur in littera. Ita copulatio fuit antiquæ conspersioneis.*

Dubitatio Quinta Litteralis.

*Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Per Spiritum Sanctum creans.*

Dubitatio Sexta Litteralis.

*Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, &c.*

Dubitatio Septima Litteralis.

*Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Abraham fuit minor Melchisedech, & omnes, qui decimati sunt in Abraham fuerunt minores, &c.*

## Dubitatio Octaua Litteralis.

*Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Leuiticus ordo fuit in Abraham secundum rationem seminalem.*

Dubitatio Nona Litteralis.

*Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Mater Christi non concupiscentia, sed gratia concepit.*

Dubitatio Decima Litteralis.

*Vlterius dubitaret aliquis de eo, quod dicitur in littera. Dicunt Physici, tot diebus, idest 46. diebus, &c.*

---

## Distinctionis Quartæ Pars Prima.

### Quæstionis Primæ Principalis Articuli Tres.

1 *Vtrum incarnatio Verbi non solum appropriate, sed etiam propriè possit attribui Spiritui Sancto.*

2 *Vtrum incarnatio Verbi appropriate attribuatur Spiritui Sancto.*

3 *Vtrum Christus ex appropriatione Spiritus Sancti ad opus incarnationis, possit dici filius Spiritus Sancti.*

---

## Distinctionis Quartæ Pars Secunda.

### Quæstionis Primæ Principalis Articuli duo.

1 *Vtrum B. Virgo possit dici Mater hominis Iesu Christi.*

2 *Vtrum B. Virgo congruè possit dici Mater Dei.*

---

## Distinctionis Quartæ Pars Tertia.

### Quæstionis Primæ Principalis Art. Duo.

1 *Vtrum incarnationem Verbi præcesserint aliqua merita.*

2 *Vtrum gratia possit dici Christo homini naturalis.*

Dubitatio Litteralis.

*Vtrum Gratia habitualis, qua fuit repletus*

# I N D E X.

*pletus Christus potuerit ei dici naturalis.*

Dubitatio Prima Litteralis.

*Primò queritur super illis verbis in littera. Vno nominato in diuinis, omnes tres intelliguntur.*

Dubitatio Secunda Litteralis.

*Secundo dubitatur de eo, quod dicitur in littera. Non est concedendum, quod quidquid de aliquo nascitur, sit filius eius.*

Dubitatio Tertia Litteralis.

*Ulterius dubitatur de eo, quod dicitur in littera. Ut enim omissam, aliter de homine nasci filium, aliter capillum.*

Dubitatio Quarta Litteralis.

*Ulterius dubitatur de eo, quod dicitur.*

Dicuntur etiam filij gehennæ.

Dubitatio Quinta Litteralis.

*Quinto dubitatur de eo, quod in littera dicitur de Christo. Diuina gratia corporaliter est repletus.*

Dubitatio Sexta Litteralis.

*Sexto dubitatur de eo, quod in littera dicitur. Conceptus, & natus de Spiritu Sancto, dicitur Christus secundum quod homo.*

Dubitatio Septima Litteralis.

*Ulterius dubitatur de eo, quod dicitur in littera. Christum esse factum ex semine Dauid.*

Dubitatio Octaua Litteralis.

*Octauo dubitatur de eo, quod dicitur. Aliud est fieri, aliud est nasci.*

---

## Distinctionis Quintæ Pars Prima.

Quæstionis Primæ Principialis  
Articuli Tres.

1 *Vtrum Unio Verbi ad naturam humana sit quid creatum.*

Dubitatio Prima Lateralis.

*Vtrum hæc unio fuerit maxima unio num.*

Dubitatio Secunda Lateralis.

*Vtrum hæc unio differat ab Assumptione.*

Articulus Secundus.

2 *Vtrum unio sit facta in natura.*

3 *Vtrum in Christo sit facta unio in persona.*

Distinctionis Quintæ Pars Secunda.

Quæstionis Vnicę Articuli Tres.

1 *Vtrum assumere conueniat personæ.*

2 *Vtrum assumere conueniat, vel conuenire possit naturæ diuinae.*

3 *Vtrum circumscriptis personis, possit competere diuinae naturæ assumere.*

---

## Distinctionis Quintæ Pars Tertia.

Quæstionis vnicę Articuli Duo.

1 *Vtrum natura humana possit dici assumpta.*

2 *Vtrum res assumpta à Verbo possit dici persona.*

Dubitatio Prima Litteralis.

*Primò dubitatur de eo verbo, quod dicitur, Nec Deitas Christi aliena, &c.*

*Secundò dubitatur de eo, quod dicitur, Cum de Christo audis, quod in forma Dei erat, &c.*

*Tertiò dubitatur de eo, quod dicitur in littera. Christus habet omnem, & perfectam naturam Deitatis.*

*Quartò dubitatur de eo, quod dicitur, Ideoq. non sic dicitur natura diuina esse homo, vel facta homo, sicut Dei Filius.*

---

## Distinctionis Sextæ Pars Prima.

Quæstionis Primę Articuli Tres.

1 *Vtrum suppositum eodem modo accipatur in diuinis, sicut in humanis.*

2 *Quare in Christo sit facta unio in persona, non in natura, & Vtrum aliquo modo negari, & aliquo modo concedi possit.*

3 *Quomodo conueniant tres opiniones, quas recenset Magister.*

Dubitatio Lateralis.

*Quaritur in quo differant, vel conueniant dictæ tres opiniones.*

# I N D E X.

Distinctionis Sextæ Pars Secunda .

Quæstionis Vnicæ Articuli Tres .

- 1 *Vtrum in Christo sint duas hypostases .*

Dubitatio Prima Litteralis .

- 2 *Vtrum in Christo sint duo supposita .*

Dubitatio Secundæ Litteralis .

- 3 *Vtrum in Christo sint duo individua .*

Dubitatio Tertia Litteralis .

- 4 *Vtrum in Christo sint duas res naturæ .*

Articulus Secundus .

- 2 *Vtrum Dei Filius assumperit hominem .*

- 3 *Vtrum homo in Christo dicat aliquid aliud , quam compositum ex anima rationali , & carne .*

Distinctionis Sextæ Tertia Pars .

Quæstionis Vnicæ Articuli Tres .

- 1 *Vtrum Christus sit duo neutraliter .*

- 2 *Vtrum in Christo sit tantum unum esse .*

- 3 *Vtrum persona Verbi post incarnationem sit composita .*

Distinctionis Sextæ Quarta Pars .

Quæstionis Vnicæ Articuli Tres .

- 1 *Vtrum persona post incarnationem debet dici composita .*

- 2 *Vtrum in Christo homine sit aliqua compositio ex anima , & corpore , vel ex anima , & carne .*

- 3 *Vtrum Anima , & corpus fuerint unita Verbo accidentaliter .*

Dubitatio Prima Litteralis .

Primo queritur de illo verbo quantum ad primam opinionem : Alij enim dicunt in ipsa Verbi incarnatione hominem quandam esse suscepimus .

Dubitatio Secunda Litteralis .

Secundo dubitatur , an ista prima opinio possit tolerari .

Dubitatio Tertia Litteralis .

Tertio dubitatur de eo , quod dicitur quantum ad secundam opinionem . Sunt autem , & alij , qui dicunt , ho-

minem istum non ex anima rationali , & carne tantum , sed ex humana , & diuina , &c.

Dubitatio Quarta Litteralis .

Quarto dubitatur de eo , quod dicitur in littera quantum ad tertiam sententiam : Si Deus hominem assumpsisset in sexu muliebri , Vtrum hoc fuerit possibile .

Dubitatio Quinta Litteralis .

Ulterius dubitatur de eo , quod dicitur in littera . Sapientia accedens homini , idest adueniens , non mutatur , sed hominem mutat , quem de stulto sapientem facit , virum sit verum .

Distinctionis Septimæ Pars Prima .

Quæstionis Vnicæ Articuli Quatuor .

- 1 *Vtrum hæc sit falsa .* Deus est homo , & è conuerso .

- 2 *Vtrum hæc sit propria loquutio .* Christus est homo Dominicus .

- 3 *Vtrum hæc loquutio sit vera , & propria .* Deus factus est homo .

- 4 *Vtrum hæc sit loquutio propria .* Homo est factus Deus .

Distinctionis Septimæ Pars Secunda .

Quæstionis Vnicæ Articuli Tres .

- 1 *Vtrum hæc sit falsa .* Homo Christus est prædestinatus esse Filius Dei .

- 2 *Vtrum hæc sit vera .* Filius Dei prædestinatus est esse homo .

- 3 *Vtrum Filius Dei sit prædestinatus esse Filius Dei .*

Dubitatio Prima Litteralis .

Primo queritur de eo , quod dicitur Factus est sine dubio id , quod prius erat .

Secundo dubitatur de eo , quod dicitur . Deus assumpsit hominem .

Tertio dubitatur de eo , quod dicitur in littera . Variatur autem illa intelligentia , cum dicitur , Deus est homo , & homo Deus .

Quarto dubitatur de eo , quod dicitur . Christus est minor Patre

Di-

# I N D E X.

Distinctionis Octauæ Pars Prima.

Quæstionis Primæ Articulus Vnicus.

- 1 *Vtrum alijs à viuentibus competit nasci.*

Distinctionis Octauæ Pars Secunda.

Quæstionis Vnicæ Articuli Tres.

- 1 *Vtrum natura humana sit nata in Christo.*
- 2 *Vtrum per temporalem Christi natuitatem ex Virgine natura diuina possit dici nata de Virgine.*
- 3 *Vtrum natura diuina possit dici homo facta.*

Distinctionis Octauæ Pars Tertia.

Quæstionis Vnicæ Articuli Tres.

- 1 *Vtrum in Christo sint ponenda due natuitates.*

Dubitatio Lateralis.

*Vtrum Dei Filius debeat dici bis natus.*

Articulus Secundus.

- 2 *Vtrum in Christo sint duas filiationes.*

Dubitatio Prima Lateralis.

*Vtrum ex parte subiecti possimus probare in Christo non esse duas filiations reales.*

Dubitatio Secunda Lateralis.

*Vtrum verus sit modus, quo D. Thomas probat, non esse in Christo duas filiations reales, puta ratione suppositi diuini, quod est unum, & aeternum.*

Dubitatio Tertia Lateralis.

*Queritur de modis impedientibus multiplicationem, & originem realium relationum.*

Dubitatio Quarta Lateralis.

*Vtrum per impedimenta à scriptis communibus allata, possit probari in persona Verbi non esse realem filiationem temporalē respectu temporalis Matris.*

Dubitatio Quinta Lateralis.

*Vtrum per impedimenta, qua afferuntur, multitudinem relationum realium impedientia, possit ostendi Christum non referri filiatione reali ad Matrem.*

Articulus Tertius.

- 3 *Vtrum utraque filatio aeterna, & temporalis sit in Christo naturalis.*

Dubitatio Lateralis.

*Vtrum debeat concedi, quod Christus sit duo filii.*

Dubitatio Prima Litteralis.

*Queritur de eo, quod dicit littera, Inquiri oportet de natura diuina, Vtrum sit de Virgine nata, sicut de Virgine incarnata.*

Dubitatio Secunda Litteralis.

*Secundò dubitatur de eo, quod habet littera, Videtur posse probari de diuina natura, quod sit nata de Virgine.*

Distinctionis Nonæ Pars Prima.

Quæstionis Primæ Articuli Quatuor.

- 1 *Vtrum latria sit virtus.*
- 2 *Vtrum latria sit virtus generalis.*
- 3 *Vtrum latria sit virtus Theologica.*
- 4 *Vtrum ad virtutem Cardinalem, & ad quam reducatur latria, an reducatur ad iustitiam.*

Distinctionis Nonæ Pars Secunda.

Quæstionis Secundæ Princ. Articuli Sex.

- 1 *Vtrum latria exhibenda sit humanitati Christi.*
- 2 *Vtrum imagini Christi sit exhibendus cultus latræ.*
- 3 *Vtrum Crux Christi sit adoranda adoratione latræ.*
- 4 *Vtrum B. Virginis sit exhibenda latria.*
- 5 *Vtrum honor latræ sit exhibendus Sanctis.*
- 6 *Vtrum alicui creaturæ possit sine peccato exhiberi honor latræ.*

Distinctionis Nonæ Pars Tertia.

Quæstionis Tertiæ Princ. Articuli Tres.

- 1 *Vtrum Deo sit exhibenda adoratio latræ propter eius potentiam.*
- 2 *Vtrum eadem latræ debeat Pater, Filius, & Spiritui Sancto.*
- 3 *Vtrum debeamus exhibere latræ secundum corporales ritus.*

Di-

# I N D E X.

Distinctionis Nonę Pars Quarta.

Questionis Quartę Princ. Articuli Tres :

- 1 Vtrum *dulia* sit idem, quod *latria*.
- 2 Vtrum *dulia* habeat diuersas species, vel diuersa genera.
- 3 Vtrum *dulia* debeatur omnibus creaturis, tam rationalibus, quam intellectualibus.

Dubitatio Prima Litteralis.

*Primò dubitatur super eo verbo, quod dicitur in littera.* Cultus, que est la-  
tria in exhibitionem sacrificij, in di-  
lectione, & reuerentia consistit,  
quomodo veritatem habeat.

Dubitatio Secunda Litteralis.

*Secundò dubitatur de eo, quod dicitur in littera,* Carnem, vel humanitatem  
Christi adorandam esse vna adora-  
tione cum Verbo.

Dubitatio Tertia Litteralis.

*Tertiò queritur de eo, quod habet littera,* Nemo carnem Christi mandu-  
cat, nisi prius adoret.

---

Distinctionis Decimę Pars Prima.

Questionis Primę Articuli Duo.

- 1 Vtrum Christus secundum quod homo sit Deus.
- 2 Vtrum Christus secundum quod iste homo sit Deus.

---

Distinctionis Decimę Primę Partis.

Quest. Secundę Princ. Artic. Vnicus.

Vtrum Christus secundum quod homo, sit persona.

Dubitatio Prima Lateralis.

Vtrum Christus secundum quod homo, sit aliquid individuum.

Dubitatio Secunda Lateralis.

Vtrum Christus secundum quod homo, sit suppositum, vel res naturae.

---

Distinctionis Decimę Pars Secunda.

Quest. Primę Princ. Articuli Tres.

- 1 Vtrum Deo competit aliquem adoptare in filium.

- 2 Vtrum adoptare aliquos in filios, sit proprium Dei Patris.
  - 3 Vtrum persona Filij, vel Spiritus Sancti sit adoptare.
- 

Distinctionis Decimę Pars Tertia.

Questionis Vnicę Articuli Duo.

- 1 Vtrum Christus secundum quod homo, sit prædestinatus.
- 2 Vtrum prædestinationis Christi sit de persona.

Dubitatio Prima Lateralis.

Vtrum prædestinationis Christi sit confor-  
mis nostræ prædestinationi.

Dubitatio Secunda Lateralis.

Vtrum Prædestinationis Christi sit causa  
efficiens prædestinationis nostræ.

Dubitatio Prima Litteralis.

*Primò queritur de eo, quod habet littera.* Vtrum Christus secundum quod homo, sit persona, vel sit aliquid.

Dubitatio Secunda Litteralis.

*Secundò queritur de eo verbo.* Iy, secun-  
dum, multiplicem habet ratio-  
nem, &c.

Dubitatio Tertia Litteralis.

*Ulterius dubitatur de eo, quod habet littera.* Illa tamen personę descriptio, non est data pro illis tribus personis.

Dubitatio Quarta Litteralis.

*Ulterius dubitatur de eo, quod in littera  
dicitur.* Non autem sic dicitur Filius  
natura, vt dicitur Deus.

Dubitatio Quinta Litteralis.

*Quintò dubitatur de eo, quod dicitur.* Christum esse filium Virginis natu-  
ra, & gratia.

Dubitatio Sexta Litteralis.

*Ulterius de eo dubitatur, quod dicitur  
de Christo.* Ille nunquam fuit non-  
filius.

Dubitatio Septima Litteralis.

*Item queritur de eo, quod dicit littera.*  
Non talis hic filius.

Dubitatio Octaua Litteralis.

*Ulterius de eo, quod dicitur in littera.*  
Est filius origine, non adoptione.

Dubitatio Nona Litteralis.

*Ulterius dubitatur de eo, quod habet littera.* Christus est Dei Filius verita-  
te, non nuncupatione.

Du-

# I N D E X.

## Dubitatio Decima Litteralis.

*Vlterius dubitatur de eo, quod dicitur.  
Christus est Lei Filius natuitate,  
non creatione.*

---

## Distinctionis Vndecimæ Pars Prima.

### Quæstionis Primæ Princ. Articuli Duo.

- 1 *Vtrum hoc sit concedendum, Dei Filius  
est creatura.*
  - 2 *Vtrum hoc sit concedendum simpliciter.  
Christus est creatura.*
- 

## Distinctionis Vndecimæ Pars Secunda.

### Quæstionis Secundæ Princ. Articuli Duo.

- 1 *Vtrum Christus in quantum homo sit  
creatura.*
  - 2 *Vtrum ea, quæ sunt humanae naturæ,  
possint dici de Filio Dei.*
- 

## Distinctionis Duodecimæ Pars Prima.

### Quæstionis Primæ Princ. Artic. Vnicus.

*Vtrum Christus incœperit esse.*

---

## Distinctionis Duodecimæ Pars Prima.

### Quæstionis Secundæ Princ. Art. Tres.

- 1 *Vtrum Christus Dei Filius possit dici  
factus.*
  - 2 *Vtrum possit concedi, quod Dei Filius fit  
factus secundum carnem, & ex semini-  
ne David.*
  - 3 *Vtrum Christus Dei Filius secundum  
talem factiōnem possit dici minor  
Patre, vel etiam seipso.*
- 

## Distinctionis Duodecimæ Pars Secunda.

### Quæstionis Primæ Princ. Articuli Duo.

- 1 *Vtrum Dei Filius venerit in similitudi-  
nem carnis peccati.*
- 2 *Vtrum Verbum affumperit carnem  
peccatricem, & maculatam.*

## Distinctionis Duodecimæ Pars Secunda.

### Quæstionis Secundæ Princ. Artic. Duo.

- 1 *Vtrum Christus potuerit mentiri.*
  - 2 *Vtrum Christus, ut Deus, semper fue-  
rit verax adimplendo promissa.*
- 

## Distinct. Luodecimæ Pars Secunda.

### Quæstionis Tertiæ princ. Artic. Vnicus.

*Vtrum Christus potuerit generare.*

---

## Distinct. Decimætertiæ Pars Prima.

### Quæstionis Primæ princ. Artic. Duo.

- 1 *Vtrum Gratia plenitudo fuerit propria  
Christo.*
  - 2 *Vtrum Gratia Christi fuerit infinita.*
- 

## Distinct. Decimætertiæ Pars Prima

### Quæst. Secundæ princ. Artic. Vnicus.

*Vtrum Gratia, & Gloria sint idem per  
essentiam.*

---

## Distinct. Decimætertiæ Pars Secunda.

### Quæstionis Vnicæ Artic. Vnicus.

*Vtrum Christus profecerit gratia, &  
sapientia.*

---

## Distinct. Decimæquartæ Pars Prima.

### Quæstionis Vnicæ Articuli Quatuor.

- 1 *Vtrum scientia animæ Christi fuerit  
maior scientia Angelorum, ita ut  
æquaretur sciëtiæ visionis ipsius Dei.*
- 2 *Vtrum natura rationalis possit affu-  
mi à Verbo diuino, absque eo, quod  
ipso Verbo frueretur.*
- 3 *Vtrum uniamur Deo magis per intelli-  
gere, quam per amare.*
- 4 *Vtrum possibile esset animam Christi vi-  
dere aperte Deum, & ipsum non dili-  
gere.*

Di-

# I N D E X .

Distinct. Decimæquartæ Pars Secunda.

Quæstionis Vnicæ Artic. Vnicus.

*Vtrum anima Christi fuerit communica-  
bilis omnis potentia, sicut fuit com-  
municata omnis scientia.*

---

Distinctioñis Decimæquintæ Pars Prima.

Quæst. Primæ princ. Articuli Duo.

- 1 *Vtrum pœna, quas Christus voluntariè  
assumpſit, fuerint à Deo.*
  - 2 *Vtrum possit esse pœna sine culpa.*
- 

Distinct. Decimæquintæ Pars Secunda.

Quæstionis Vnicæ Artic. Vnicus.

*Vtrum Angelus, qui confortauit Christum in Passione fuerit eius Angelus Custos.*

---

Distinct. Decimæsextæ Pars Prima.

Quæstionis Vnicæ Articulus Vnicus.

*Vtrum Christus posset non mori naturaliter.*

---

Distinct. Decimæseptimæ Pars Prima.

Quæstionis Vnicæ Artic. Vnicus.

*Vtrum voluntas Christi humana possit simul in plura ferri.*

---

Distinctioñis Decimæoctauæ Pars Prima.

Quæstionis Primæ Artic. Vnicus.

*Vtrum Christus meruerit omnibus gratiam.*

---

Distinct. Decimæoctauæ Pars Secunda.

Quæstionis Secundæ Articulus Vnicus.

*Vtrum ea, quæ nobis Christus promeruit sint excellentiora illis, quæ habuissimus in statu innocentia, si Adam permanifset.*

---

Distinctioñis Decimænonæ Pars Prima.

Quæst. Primæ princ. Articuli Duo.

- 1 *Vtrum per Christum libertatem simus consequuti.*
  - 2 *Vtrum Christus sua Passione, & morte liberauerit nos ab omnibus peccatis, etiam futuris.*
- 

Distinct. Decimænonæ Pars Prima.

Quæstionis Secundæ princ. Art. Vnicus.

*Vtrum plures infecerit Adam sua culpa, quam redemerit Christus sua morte.*

---

Distinctioñis Decimænonæ Pars Secunda.

Quæst. Secundæ princ. Art. Tres.

- 1 *Vtrum Christus nos iustificauerit.*
  - 2 *Vtrum Christus sua Passione, & morte ab ipsis corporalibus, & temporalibus nos separauerit.*
  - 3 *Vtrum Christus in spe hereditatis aeterna nos stabilierit.*
- 

Distinctioñis Vigesimæ Pars Prima.

Quæst. princ. Artic. Vnicus.

*Vtrum conueniens fuerit, Christum sua passione, & morte nos Deo reconciliare, & à morbo sanare.*

---

Distinctioñis Vigesimæ Pars Secunda.

Quæst. Vnicæ Princ. Articuli Tres.

- 1 *Vtrum Christus fuerit sacerdos secundum ordinem Melchisedech.*
  - 2 *Vtrum Christi sacerdotium sit aeternum ex parte rei considerata in eius sacerdotio.*
  - 3 *Vtrum Christi sacerdotium sit aeternum ex parte insufficiabilitatis.*
- 

Distinct. Vigesimæprimæ Pars Prima.

Quæst. Primæ princ. Artic. Vnicus.

*Vtrum sit dare ultimum instans, in quo Christus viuebat.*

Di-

# I N D E X.

Distinct. Vigesimæprimæ Pars Secunda.

Quæstionis Vnicæ Articuli Tres.

- 1 *Vtrum Christus in triduo fuerit idem homo.*
- 2 *Vtrum in homine sit una forma substantialis.*
- 3 *Vtrum sit possibile quasdam dispositio-nes accidentales præexistere in mate-ria ante animam.*

Distinct. Vigesimæsecundæ Pars Prima.

Quæstionis princ. Artic. Vnicus.

*Vtrum Christus in illo triduo fuerit fi-lius Virginis.*

Distinct. Vigesimæsecundæ Pars Secundæ.

Quæstionis Primæ Articuli Tres.

- 1 *Vtrum Resurrectio Christi dicatur quid maius, quam mors eius.*
- 2 *Vtrum Christus post Resurrectionem habuerit tale corpus, in quod posset ci-bus conuerti.*
- 3 *Tertio queritur, quorum fuerit illa vox. Quis est iste, qui venit de Edom, &c. Christo in Cælum ascen-dente.*

Distinct. Vigesimæsecundæ Pars Secunda.

Quæstionis Secundæ Articuli Duo.

- 1 *Vtrum immortalitas resurgentium sit eadem cum immortalitate innocen-tia, quam habuit Adam.*
- 2 *Vtrum nutritus ex carnibus hominis, resurgant huiusmodi carnes in come-stis, aut in comedentibus.*

Distinct. Vigesimætertiæ Pars Prima.

Quæst. Primæ princ. Art. Vnicus.

*Vtrum Christus habuerit fidem ad diri-gendam suam intentionem, sicut cæ-teri fideles.*

Distinct. Vigesimætertiæ Pars Prima.

Quæstionis Secundæ princ. Articuli Duo.

- 1 *Vtrum primus parens habuerit fidem Christi Redemptoris in statu innocentiae.*
- 2 *Vtrum Iudei possint credere, & conuer-ti ad Christum.*

Distinct. Vigesimætertiæ Pars Secunda.

Quæst. Primæ princ. Art. Vnicus.

*Vtrum aliqua, & quæ, qualiter, & quot nos credere debeamus.*

Distinct. Vigesimætertiæ Pars Secunda.

Quæst. Secundæ Princ. Art. Vnicus.

*Vtrum in his, quæ sunt ad fidem, possit fieri aliqua ratio in contrarium, que non sit solubilis ab homine absque speciali Dei influxu.*

Distinct. Vigesimæquartæ Pars Prima.

Quæstionis Primæ Articuli Duo.

- 1 *Vtrum Fides sit ex auditu.*
- 2 *Vtrum ex incredulitate sequatur cœci-tas in intellectu.*

Distinct. Vigesimæquartæ Pars Prima.

Quæst. Secundæ princ. Art. Vnicus.

*Vtrum Infideles peccent agendo quic-  
quid agunt,*

Distinct. Vigesimæquartæ Pars Secunda.

Quæstionis Vnicæ Art. Vnicus.

*Vtrum liceat habere fidem in corde, &  
non in verbo, & in opere.*

Distinct. Vigesimæquintæ Pars Prima.

Quæst. princ. Articuli Duo.

- 1 *Vtrum quantum ad statum gratie, &  
quan-*

# I N D

*quantum ad legem Euangeliū Iudæi  
superent Gentiles.*

- 2 Vtrum Gentiles fuerint penitus exclusi  
à lumine veritatis.

---

Distinct. Vigesimæ sextæ Pars Prima.

Quæstionis Primæ Art. Duo.

- 1 Vtrum in Deo sperare debeamus.  
2 Vtrum spes sit de non vijs.

---

Distinct. Vigesimæ septimæ Pars Prima.

Quæst. Primæ princ. Art. Duo.

- 1 Vtrum Charitas sit accidens.  
2 Vtrum Charitas sit in prædicamento  
Qualitatis.

---

Distinct. Vigesimæ octauæ Pars Prima.

Quæst. princ. Art. Vnicus.

Vtrum necesse sit dare habitum charita-  
tis in anima, ad hoc, vt Deum dili-  
gamus meritorie.

---

Distinct. Vigesimæ nonæ Pars Prima.

Quæst. princ. Art. Vnicus.

Vtrum Deus sit diligendus ex tota men-  
te, toto corde, tota anima, & totis  
viribus.

---

Distinct. Vigesimæ nonæ Pars Secunda.

Quæst. princ. Art. Vnicus.

Vtrum hæc quinque diligenda sint, vi-  
delicet Deus, nos ipsi, proximus, cor-  
pora nostra, & corpora proximorum.

---

Distinctionis Trigesimæ Pars Prima.

Quæst. princ. Art. vnicus.

Vtrum habens charitatem sine speciali  
Dei influxu possit exire in actum  
meritorium.

# E X.

Distinct. Trigesimæ primæ Pars Prima.

Quæst. princ. Art. vnicus.

Vtrum aliqua bona causet in nobis dile-  
ctio charitatis.

---

Distinct. Trigesimæ secundæ Pars Prima.

Quæst. princ. Art. Vnicus.

Vtrum ex hoc, quod Deus Iacob dilexit,  
& Esau odio habuit, sit iniquitas  
apud Deum.

---

Distinct. Trigesimæ tertię Pars Prima.

Quæst. Primæ princ. Art. Vnicus.

Vtrum sufficienter assignentur septem  
dona Spiritus Sancti.

---

Quæst. Secundæ Art. Duo.

- 1 Vtrum aliqua virtus moralis sit in va-  
luntate, & præcipue iustitia.  
2 Vtrum aëtus præcedentes virtutem,  
sint virtute ipsa nobiliores.

---

Quæst. Tertiæ Art. vnicus.

Vtrum Periurium sit maius peccatum,  
quam homicidium.

---

Quæst. Quartæ Art. vnicus.

Vtrum omne mendacium sit peccatum  
mortale.

---

Quæst. Quintæ Art. vnicus.


Vtrum ex homicidio Martyris in Eccle-  
sia sequatur loci pollutio.

---

Quæst. Sextæ Art. vnicus.

Vtrum plagæ hominis occisi per violen-  
tiam emittant sanguinem ad presen-  
tiæ occidentis.

F I N I S.



# COMMENTARIORVM AC QVAESTIONVM F. AEGIDII COLVMNAE ROMANI

VNIVERSI ORD. EREMITARVM D. AVGVSTINI  
GENERALIS,

SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS  
FVNDATISSIMI,  
ARCHIEPISCOPI BITVRICENSIS,  
PRIMATIS AQVITANIAE, ET S. R. E. CARD.

IN TERTIVM LIBRVM SENTENTIARVM

## Prologus.



XVI à Patre, A & veni in Mundum. In hac auctoritate, quæ legitur Io. cap. 16. potest notari Materia Primi Sententiarū, Materia Secundi, Materia Quarti, & Materia Tertijs, quem habemus præ manibus. Nam in prima parte auctoritatis, cùm dicitur: *Exiui à Patre*: potest notari materia Primi Sententiarum: In secunda vero parte auctoritatis, quæ subiungitur: *Et veni in mundum*: potest notari materia Secundi, & materia Quarti. Sed in tota auctoritate, quæ est: *Exiui à Patre*, & *veni in* Aegid. super iij.Sent.

Materia  
primi libri  
Sententia-  
rum.

Mundum: potest notari materia huius Tertij. In prima enim parte auctoritatis, cùm dicitur: *Exiui à Patre*: potest notari materia Primi Sententiarum, quia tota materia primi libri consistit in exitu Filij à Patre, per æternam generationem, & personalem distinctionem; quæ æterna generatio, sine Spiritus sancti processione intelligi non potest. Nam non potest Pater dicere Verbum, vel generare Filium. Quia secundum August. lib. 6. de Trinit. cap. 2. *Eò Verbum quò Filius*; & *eo Filius, quò Verbum*, nisi intelligatur emanatio amoris ab utroque. Nam non potest Pater generare Filium, non habens dilectionem ad Filium, nec potest Filius generari à Patre, non habens dilectionem ad Patrem. Et quia Spiritus Sanctus est

Aeterna ge-  
neratio li-  
ne Spiritus  
S. proce-  
ssione intek-  
ligi non  
potest.  
tom.3.

A nexus

nexus Patris, & Filii, & est amor, quo se A inuicem diligunt Pater, & Filius, benè dictum est, quòd non potest intelligi exitus Filii à Patre, per aëternam generationem, nisi quoquè intelligatur emanatio Spiriti Sancti, per mutuum amorem, vel per mutuam dilectionem. Et quia in hoc consistit tota materia primi Sententiarum, in exitu Filii à Patre per aëternam generationem, & in emanatione Spiritus Sancti ab utroque per mutuam dilectionem, benè dictum est, quòd in prima parte auctoritatis, cùm dicitur: *Exiui à Patre*: potest notari materia Primi Sententiarum.

Viso quomodo potest notificari materia Primi Sententiarum in prima parte præfatæ auctoritatis, cùm dicitur: *Exiui à Patre*; restat ostendere, quomodo possit notificari materia Secundi, & Quartii Libri, in secunda parte præfatæ auctoritatis, cùm subiungitur: *Et veni in Mundum*. Sciendum ergo, quòd quantum ad præfens spectat, Dei Filius venit in Mundum dupliciter; primò Mundum creando, & producendo; secundò venit in Mundum Sacraenta nouæ legis instituendo, & postea Mundum redimendo, & saluando. Quantum ad primum, habetur materia Secundi Libri, vbi agitur de productione creaturarum, & de productione Mundi: sed quantum ad secundum habetur materia Quartii Libri, vbi agitur de Sacramentis, per quæ purgatur, & saluatur Mundus. Venit enim Dei Filius in Mundum, creando, & producendo Mundum. Nani antequam crearetur creatura, & antequam produceretur Mundus, non erat Deus in Mundo, quia nondum erat Mundus, & nihil erat Mundus: ipsum autem nihil non potest esse suscepitum alicuius impressio-nis. Productio autem Mundo incœpit Deus esse in Mundo, vt hoc modo dicatur Deus venisse in Mundum, non per mutationem sui, sed per mutationem Mundi. Accipiendo ergo aliquid, vel aliquem venisse, quando incipit esse, vbi non erat, quia tota humanitas, vel appropriate Filius incœpit esse in Mundo, vbi non erat, quando nondum erat Mundus, benè dictu est, quòd tota Trinitas, & appropriate Filius dicitur venisse in Mundum, prout, per ipsum creatus est Mun-

Materia secundi, & quarti Libri Sententiarum.

Filius Dei dupliciter venit in Mundum; infra verò tripli citate veniente dicitur

Materia secundi.

Deus venit in Mundum per mutationem Mundi.

dus, quia: *Omnia per Filium facta sunt, 10.c.1.* & sine ipso factum est nihil. Et sic quantum ad materiam Secundi Libri, Dei Filius dicitur venisse in Mundum, prout, per ipsum creatus est Mundus.

Sed quantum ad materiam Quartii, instituendo Sacraenta, dicitur venisse in Mundum, prout per huiusmodi Sacraenta purgatur à peccatis, & saluatur Mundus, idest homines, qui possunt intelligi nomine Mundi; aliter tamen, & aliter; quia creando Mundum, venit in Mundum, vbi prius non erat, antequam esset Mundus, non per mutationem sui, sed per mutationem Mundi; sed quantum ad materiam Quartii, cùm venit in Mundum, instituendo Sacraenta, per quæ saluatur Mundus, non venit, vbi non erat, sed qualiter non erat, non mutando loci situm, sed supplendo nostræ naturæ defec-tum. Semper enim in Mundo erat, & semper in Mundo fuit ab illo primo instanti, in quo primò creauit Mundum.

Declarato quomodo in prima parte auctoritatis propositæ, prout Filius exiuit à Patre, denotatur materia Primi, quæ tota est de exitu, & de productione diuinarum personarum, quomodo Filius exit à Patre, per personalem distinctionem, in quo exitu intelligitur exitus Spiritus Sancti, tanquam nexus utriusque, in quo consistit materia Primi: & ostendo, quomodo in Secunda parte auctoritatis, quia (*venit in Mundum*) Mundum creando, & Sacraenta instituendo, in quo notificatur materia Secundi, & Quartii; volumus declarare, quomodo in præfata tota auctoritate, qua Filius exiuit à Patre, & venit in Mundum, datur intelligi materia huius Tertij: licet enim præfata auctoritas secundum aliam, & aliam partem possit adaptari ad materiam Primi, & ad materiam Secundi, & Quartii; tamen quantum ad sui totalitatem præfata auctoritas est propria huic Tertio, vbi de duobus agitur, & de exitu Filii à Patre, quantum ad Incarnationis veritatem, & de aduentu eius in Mundum, quantum ad Incarnationis profectum, & utilitatem. Ut ergo omnia quæ dicta sunt facilius memoriae commendentur, dicere possumus, quòd Filius dupliciter exiuit à Patre, & tripliciter venit in Mundum.

Primò

Materia  
quarti Sen-tentiarum.

Filius Dei  
venit in  
Mundum qua-liter non  
erat.

Filius Dei  
dupliciter  
exiuit à Pa-  
tre; & tri-  
pliciter ve-  
nit in Mun-dum.

Primò exiuit à Patre , per personalem distinctionem , & per æternam generationem : quod pertinet ad materiam Primi . Secundò exiuit à Patre , per carnis susceptionem , iuxta illud Baruch. 3 . *Post hæc in Terris vijus est, & cum hominibus conuersatus est.* Quòd pertinet ad materiam primæ partis Tertij . Dupliciter ergo Filius exiuit à Patre , & tripliciter venit in Mundum . Primò Mundum creando , quod pertinet ad materiam Secundi . Secundò virtutes , & dona Mundo largiendo , quod pertinet ad materiam secundæ partis Tertij ; Tertiò Mundo Sacraenta instituendo , quod pertinet ad materiam Quarti .

Materialis causa.

Causa ergo materialis huius Tertij est Duplex , Incarnationis veritas , quæ consistit in carnis susceptionem , & Incarnationis fructus , & utilitas , quæ consistit in donorū , & virtutū largitionem . Causa autem formalis tē formalis Tertij est ordo dicendorum . Et Magister primò agit de Filio , quantum ad carnis susceptionem , in qua consistit Incarnationis veritas . Secundò agit quantum ad virtutum , & donorum largitionem , in quo consistit Incarnationis

Formalis causa.

fructus , & utilitas . Causa autem efficiens huius libri , & totius Scripturæ sacræ est tota Trinitas , vel ipse Deus , qui inspirauit sanctos Prophetas , & sanctos homines ad proferendum , & scribendum verba Scripturæ sacræ : specialiter tamen , & appropriate est ipse Filius , vel ipse Christus , iuxta illud : *Vnus est enim magister vester Christus .* Ipse enim specialiter nos docuit Scripturam sacram , & specialiter aperuit nobis sensum , ut intelligeremus Scripturas , quia *Multipharie , multisq. modis loquutus est olim Deus Patribus in Prophetis , nouissimè autem his diebus loquutus est nobis in Filio , idest , per Filium :* ut habetur ad Hebræos primò . De causa autem finali huius operis , & totius Scripturæ sacræ possumus aliquo modo dicere illud ; quod dicit Philosophus in Ethic . de scientia moralis : *Finis huius scientia non est scire , sed agere .*

Efficiens causa huius libri , & totius Scripturæ sacræ.

Est enim finis scientiæ moralis scire , quia si omnino ignoraretur morale negocio , non possemus moraliter agere , tamen in morali negocio , non sifistitur in hoc fine , qui est scire , sed est vltioris Aegid . super iij . Sent .

In Theologia finis est diligere . Rom . c . 13 .

nis ipsum agere : sic possumus dicere , quod in Scientia Theologiae finis non est scire , sed diligere , quia *Finis præcepti charitas , & plenitudo legis est dilectio .* Est ergo scire aliquo modo finis Theologiae , sed non debemus sistere in hoc fine , sed debemus procedere ad vltiorem finem , qui est diligere Deum , & proximum : Ad quem finem tota Theologia , & quælibet eius pars ordinatur . Quibus omnibus prælibatis ad diuisionem huius libri , & ad expositionem litteræ accedamus .

## PARTIS PRIMAE DIVISIO .

*Prima huius Libri pars , quæ vigintidas complectitur distinctiones , agit de Filio Dei incarnato quantum ad Incarnationis veritatem , & de reparatione generis humani .*

## DIST. I. PARS I.

Galat . c . 1 .



*V M venit igitur plenitudo temporis , &c. Vt patet per habita , totus iste liber Tertius dividitur in duas partes , quia primò agitur de ipso Filio , quantum ad carnis susceptionem , quod pertinet ad Incarnationis veritatem . secundò agitur de ipso Filio Incarnato , quantum ad virtutum , & donorum largitionem , quod pertinet ad Incarnationis fructum , & utilitatem , ibi : Cùm verò supra prohibitum sit , in principio distinctionis 2 3 . Circa primum duo facit , quia primò determinat de ipsa Incarnatione diuina : secundò exequitur de conditionibus ipsius Dei Incarnati , ibi : Ex præmissis igitur emergit quæstio , in principio sextæ distinctionis : Circa primum , tria facit , quia primò determinat de Incarnatione diuina , ex parte Dei carnem assumentis : secundò determinat de huiusmodi incarnatione , ex parte hominis assumpti : In tertia , ex parte vtriusque ; secunda ibi : & quia in homine , in principio*

*Tres congruitates de Incarnatione Filii.*

cipio secundæ distinctionis. Tertia ibi: *A Inquiri oportet*, in principio quintæ distinctionis. Prima pars, in qua determinat de Incarnatione diuina, ex parte Filij assumentis carnem, est præsentis lectionis, & distinctionis. Et diuiditur in tres partes, quia primò ostendit per auctoritatem Apostoli, quod Dei Filius est incarnatus, vel est missus in carnem. Secundò assignat quasdam congruitates, quare persona Filij sit potius missa in carnem, quam aliqua alia persona diuina. Tertiò circa Incarnationem diuinam mouet quasdam quæstiones. Secunda ibi: *Diligenter verò*. Tertia ibi: *Si verò queritur*. Pars autem illa, in qua assignat quasdam congruitates circa Incarnationem Filij, diuiditur in partes tres, secundum quod tres huiusmodi congruitates assignat. Prima congruitas sumitur ex parte appropriati Filio: congruum enim erat, quod, sicut Deus in Sapientia diuina omnia condidit, sic per sapientiam omnia restauraret. Secunda congruitas sumitur ex parte productionis Filij: non enim erat congruum, quod Pater mitteretur, qui à nullo est productus, sed mitteretur Filius, qui ab alio est productus. Tertia congruitas est ex parte proprietatis Filij. Congruum enim erat, ut qui erat in deitate Dei Filius: missus in carnem, esset in humanitate hominis filius. Secunda congruitas incipit, ibi: *Ideo etiam Filius*. Tertia ibi: *Si solus Filius*.

Tunc sequitur illa pars: *Sed queritur &c.* in qua circa Incarnationem diuinam mouet quasdam quæstiones. Et duo facit, secundum quod duas quæstiones mouet. Nam primò querit: Vtrum Pater, & Spiritus Sanctus potuerint incarnari: & respondet, quod sic. Secundò querit: Si solus Filius assumpsit carnem, videtur quod aliquid fecit Filius, quod non fecerit Pater, & Spiritus Sanctus: Ad quod respondet, quod solus Filius est incarnatus, idest ad solum Filiū terminata est incarnatione: Ipsam tamen incarnationem operata est Trinitas tota, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Secunda ibi: *Sed forte aliqui*. Et in hoc terminetur sententia præsentis lectionis, & distinctionis.

*Trinitas tota operata est Incarnationem, que ad solum Filium terminata fuit.*

## MODVS, ET ORDO tractandi



N hoc opere, quod Dei consili auxilio suscepimus, hoc modo procedemus: quia argumenta crebro, & saepè sumemus de scriptis communibus, ne dubitationes communes remaneant insolutæ. Sed in solutionibus semper dicemus aliqua noua, vel novo modo dubitationes declarando, & nouas vias in declarationibus adinueniendo. Ne tamen multitudo librorum confusionem inducat, aliquorum benè dicta, quæ ad utilitatem legentium poterimus breuiter, & ordinatè tradere, studebimus sedulò efficere.

## QVAE STIO I.

### *De possibilitate Incarnationis Filii Dei.*



VIA Magister in littera determinat de Incarnatione diuina, & specialiter de Incarnatione Filij, & determinat de congruitate præfatæ Incarnationis; ideo circa Incarnationem diuinam queremus duo. Primò de possibilitate. Secundò de congruitate.

Circa possibilitatem queremus sex.

Primò. Vtrum fuerit possibile, aliquam Personam diuinam, & specialiter Filium incarnari. Secundò, quia ista possiblitas potissimum assignatur. Quia *Sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus, & homo unus est Christus*. Vtrum tota personalitas hominis sit ex parte animæ rationalis, sicut tota personalitas Christi est ex parte Dei, sive ex parte Verbi.

Tertiò. Vtrum Filius potuerit incarnari,

*D. Athan. in Symb.*

# QVAE S T. I.

- nari, sine Patre, & Spiritu Sancto.  
Quartò. Vtrum Pater, & Spiritus Sanctus potuerint incarnari.  
Quintò. Vtrum plures Personæ Diuinæ potuerint assumere unam naturam creatam.  
Sextò. Vtrum una Persona diuina potuerit assumere plures, & diuersas naturas creatas.

## A R T I C. I.

*Vtrum fuerit possibile Deum carnem assumere, vel aliquam naturam creatam sibi vnire. Conclusio est affirmativa.*

Argent. Richard. D.Bonau. Scot. Ioan. Bac. Lychett.  
Dur. in 3. sent. dist. i. q. 1. art. 1. Suar. in 3. p. tom. 1.  
disp. 3. sent. 1. Guill. Est. in 3. dist. 1. §. 4.  
Franc. Albertin. tom. 2. de prædic.  
subst. coroll. 1. q. 1. Greg. de  
Valen. tom. 4. disp. 1. q. 1.  
puncto 2.



D primum sic proceditur: videtur nō esse possibile, Deum carnē assumere, vel aliquā naturā creatā sibi vnire; Quia omne vnbile est possibile ad vniōnem: omne autem possibile reducitur ad actum, prout motum ab aliquo superiori agente, quia non potest esse idem mouens, & motum, vel agens, & patiens; cū ergo impossibile sit Deum moueri; ergo, &c.

Præterea. Illud quod est per se perfectum, habens omnes perfectiones, quæ possunt esse, non potest alteri vñiri, quia tunc deficeret sibi aliqua perfectio: quælibet autem persona diuina est sic perfectissima: ergo nulla est vñibilis alicui alteri naturæ.

Præterea. Inter infinitè distantia non potest esse aliqua proportio: sed inter vnitum, & id cui vnitur, oportet esse aliquam proportionem: nulla ergo Persona diuina, quia in infinitum distat à qualibet natura creata, poterit esse vñibilis alicui naturæ creatæ.

Aegid. super iij. Sent.

## ARTIC. I.

5

A Præterea. Maior est distantia cuiuslibet personæ diuinæ, ad quamlibet naturam creatam, quam duorum contrariorum ad inuicem, quia duo contraria sunt in eodem genere: Creator autem, & creature in eodem genere esse non possunt: si ergo non est possibile contrarium vñiri suo contrario, multò minus erit possibile, naturam creatam vñiri suo Creatori.

B Præterea. Si Verbum factum est caro, Verbum factum est corpus, cūm caro sit quoddam corpus: cūm ergo non solùm persona diuina, sed etiam ipse intellectus creatus non possit esse corpus, nec virtus in corpore: ergo &c.

C IN CONTRARIUM est, quia plus potest Deus facere, quam homo dicens, iuxta illud Lucæ 1. Non est impossibile apud Deum omne verbum. & maximè si illud verbum, & illud dictum non implicat contradictionem, nec ponit imperfectionem in Deo; & quia hoc potest dici ab homine, quod Deus factus est homo, & quod natura humana est vñita Deo, & non implicat contradictionem, nec ponit imperfectionem in Deo: ergo &c. Valet autem hoc argumentum in hac materia, quia propter Incarnationem Verbi Dei, & propter conceptionem Filij Dei ex Virgine, dicit Angelus ipsi Virginī: Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

D 2 Præterea habet similitudinem ad inuicem facilior, & possibilior est vñio; sed homo factus est ad imaginem, & similitudinem Dei; ergo vñio humanæ naturæ ad Deum non debet reputari impossibilis, sed facilis, & possibilis.

E 3 Præterea. Arguunt Philosophi, quod si est dare aliquid, quod est mouens, & motum, & aliquid quod est motum, & non mouens, erit dare aliquid, quod erit mouens, & non motum. sic: quia est dare plura supposita in pluribus naturis, vt in creaturis, & est dare plura supposita in vna natura, vt in suppositis diuinis: erit dare vnum suppositum in pluribus naturis, vt Dei Filius assumens carnem, qui est vnum suppositum in pluribus naturis, in Deitate, & humanitate.

Deus plus potest facere, quam homo dicere.  
Luc. c. 1.

Art. 2. de generat. & corr. tex. e. 25.

Arist. 8. ph. sic, a tex. 26. vñq; ad tex. 44.

## RESOLV TIO.

*Dei Filium incarnari potuisse, quamuis ex similitudine hominis, qui ex anima rationali, & carne constitutus, unus est homo, concinne probetur, & ita esse dubitandum non sit: octo tamen dissimilitudines inter ipsam Deitatem, & humanitatis unionem, atque inter unionem animæ rationalis, & carnis inueniuntur.*

D. Athan.

Diuina, &  
humana na-  
tura vno  
in vna Per-  
sona Verbi  
ex unione  
animæ ra-  
tionalis cū  
carne recte  
explicatur.

*Ex eadē  
vnione de-  
ducitur in-  
carnationis  
possibilitas  
seu non re-  
pugnac-  
tia.*

Vno animæ  
rationalis  
cum carne  
plurimas  
habet dissi-  
militudines  
cum vno-  
ne Deitatis  
& humani-  
tatis in Per-  
sona Verbi.

RESPOND E O: dicendum, quod quomodo sit possibile diuinam personam assumere carnem, vel assumere naturam humanam, declaratur in Symbolo, cum dicitur: *Sicut anima rationalis, & caro unus est homo: ita Deus, & homo unus est Christus.* Quod quantum ad hoc est simile, quia sicut anima rationalis, & caro habent esse in una persona hominis: sic Deus, & homo, id est, Deitas, & humanitas; vel natura diuina, & humana, habent esse in una persona Christi, siue in una persona Verbi: quia in una persona Verbi, vel in una persona Christi C habet esse natura diuina, & humana, id est Christus, qui est verus Deus propter naturam diuinam, & verus homo propter naturam humanam. Est autem istud simile multum inducitum ad credendam veritatem incarnationis. Nam si anima rationalis, quæ est Spiritus, & est indivisibilis carens omni extensione, potest coniungi carni, cum qua habet tantam dissimilitudinem, quia caro non est spiritus, sed est corpus, nec est quid indivisible, sed quid extensem in unitate personæ, non est inconveniens, quod hu-

B D *Hugonis o-  
pinio de ra-  
tione per-  
sonæ aliatis  
in hominæ,*  
Nam ipsa humanitas ex tempore concepta, vel ex tempore assumpta, non constituit personam, sed substantata est in persona æterna ipsius Verbi: Ergo quantum ad hoc; tunc esset simile, quod anima rationalis, & caro unus est homo, sicut Deus, & homo unus est Christus, si tota ratio personalitatis in homine sumeretur ex parte animæ rationalis, sicut tota ratio personalitatis in Christo sumitur ex parte Dei, siue ex parte Verbi. Fuit tamen Hugo singularis opinionis in hac parte, volens quod tota ratio personalitatis in homine puro sumeretur ex parte animæ rationalis, & quod anima rationalis, etiam cum non est coniuncta carni, est persona, ad cuius personalitatem assumitur ipsa caro. Et si hec positio esset vera, licet adhuc non esset omnino simile, esset tamen valde simile, quod sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus, & homo unus est Christus. Nam sicut personalitati animæ rationalis unitur caro, sic personalitati Verbi Dei unitur humanitas, & est eadæ persona Deus & homo. Etenim ista vno, vt dicitur in Symbolo: *Non est secundum confusione-  
substantie, sed secundum unitatem perso-  
nae.* Tamen, vt in sequenti questione patebit, opinio Hugonis rationabiliter stare non potest. Est ergo prima dissimilitudo de anima, & carne, respectu personæ hominis, & de Deo, & homine, respectu personæ Christi, quantum ad personalitatis rationem.

Secunda dissimilitudo est, quantum ad naturalem inclinationem. Quia anima rationalis etiam secundum se, & in sui primordio habet naturalem inclinatio-

Sed licet istud simile videatur multum simile, est tamen multum, & valde dissimile.

Possimus autem ibi assignare, quantum ad præsens spectat, octo dissimilitudines. Ut prima dissimilitudo sit ratione personalitatis. Secunda ratione naturæ inclinationis. Tertia ratione incæptionis respectu carnis. Quarta respectu

## PARS I.

A inceptionis, vel quantum ad incipere, respectu animæ rationalis. Quinta quantum ad definere respectu vtriusq; Sexta quantum ad agere. Septima quantum ad personam constituere. Octaua quantum ad communem speciem accipere.

*Prima dissi-  
militudo re-  
spectu per-  
sonalitatis.*

Prima igitur dissimilitudo sumitur respectu personalitatis, vt nō similiter anima rationalis, & caro dicatur unus homo; sicut Deus, & homo dicitur unus Christus.

Nā Deus, & homo sic dicitur unus Christus, quod tota ratio personalitatis sumitur ex parte Dei, siue ex parte Verbi, non autem ex parte humanitatis. Nam ipsa humanitas ex tempore concepta, vel ex tempore assumpta, non constituit personam, sed substantata est in persona æterna ipsius Verbi: Ergo quantum ad hoc;

tunc esset simile, quod anima rationalis, & caro unus est homo, sicut Deus, & homo unus est Christus, si tota ratio personalitatis in homine sumeretur ex parte animæ rationalis, sicut tota ratio personalitatis in Christo sumitur ex parte Dei, siue ex parte Verbi. Fuit

*Hugonis o-  
pinio de ra-  
tione per-  
sonæ aliatis  
in hominæ,*

tamen Hugo singularis opinionis in hac parte, volens quod tota ratio personalitatis in homine puro sumeretur ex parte animæ rationalis, & quod anima rationalis, etiam cum non est coniuncta carni, est persona, ad cuius personalitatem assumitur ipsa caro. Et si hec positio esset vera, licet adhuc non esset omnino simile, esset tamen valde simile, quod sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus, & homo unus est Christus. Nam sicut personalitati animæ rationalis unitur caro, sic personalitati Verbi Dei unitur humanitas, & est eadæ persona Deus & homo. Etenim ista vno, vt dicitur in Symbolo:

*Non est secundum confusione-  
substantie, sed secundum unitatem perso-  
nae.* Tamen, vt in sequenti questione patebit, opinio Hugonis rationabiliter stare non potest. Est ergo prima dissimilitudo de anima, & carne, respectu personæ hominis, & de Deo, & homine, respectu personæ Christi, quantum ad personalitatis rationem.

Secunda dissimilitudo est, quantum ad naturalem inclinationem. Quia anima rationalis etiam secundum se, & in

*Secunda dis-  
similitudo  
ex naturali  
inclinatione  
ne quâ ha-  
bet anima  
ad corpus.*

D. P. Aug.  
tom.3.

tionem, vt vniatur carni, quæ naturalis inclinatio remanet sibi post separationem à carne; Vnde Augustinus 12. super Gen. circa finem, loquens de anima beata ait, quod propter appetitum, quem habet administrandi corpus, retardatur, ne feratur in ipsum summum cœlum, idest, summum Deum. Sed non fuit sic naturalis inclinatio, vel appetitus naturalis ex parte Dei Filij, vt fieret homo, vel vt vniaretur naturæ humanæ, sed illa inclinatio fuit dignatiua, & secundum beneplacitum eius, quia dignatus est fieri homo, & placuit sibi assumere naturam humanaam.

Tertia dif.  
similitudo  
ratione in-  
ceptionis  
ipsius car-  
nis.

Tertia dissimilitudo est, quantum ad incipere ipsius carnis, quia caro in alijs hominibus prius incipit esse suppositum, quam vniatur animæ rationali. Nam embryo quantum ad hominem purum prius viuit vita plantæ, ita quod augmentatur, & viuit, sicut argumentatur, & viuit planta, ita quod si pungeretur cum acu non sentiret. Postea viuit vita animalis, & incipit sentire. Demum, cum embryo est plenè organizatus, & omnia membra eius sunt formata, infunditur ei anima rationalis, & incipit viuire vita hominis; Embryo ergo cum viuit vita plantæ, vel vita animalis ante infusionem rationalis animæ, facit per se suppositum, sed in ipsa infusione animæ rationalis facit vnum suppositum, vel vnam personam cum ipsa anima rationali. Sed in vniione Verbi ad carnem non fuit sic, quod beata Virgo prius circundaret embryonem viuentem vita plantæ, & postea circundaret viuentem vita animalis, & postea circundaret eum viuentem vita hominis, sed in primo instanti, in quo dixit Beata Virgo: *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum*, astitit ibi virtus totius Trinitatis, & appropriata spiritus Sancti, formans ex sanguinibus Virginis corpus Christi, & fuit Verbum in utero, Verbum caro, & fuit perfectus Deus, & perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens. Quod expressè habitum est in vaticinio Ierem. 31. *Quia creabit Dominus nouum super terram, foemina circundabit virum.* Beata Virgo fuit illa foemina, quæ non prius circundedit embryonem; sed pri-

mò, & immediatè circundedit virum, & habuit in utero Christum, Deum, & hominem.

Quarta dif.  
similitudo  
ratione in-  
ceptionis  
ipsius ani-  
mæ.

B Quarta dissimilitudo est, quantum ad incipere ipsius animæ rationalis, quia dato, quod esset vera opinio Hugonis, quod tota ratio personalitatis in homine puro fumeretur ex parte animæ rationalis, adhuc prima personalitas incipit esse in tempore, quia quotidie creantur nouæ animæ, & infunduntur nouis corporibus; imò siue sit vera opinio Hugonis, siue non, semper personalitas puri hominis incipit esse in tempore: ergo non est omnimoda similitudo; quod sicut anima rationalis, & caro sunt vna persona hominis; sic Deus, & homo fuit vna persona Christi; at anima rationalis & caro sunt vna persona puri hominis temporalis, sed Deus & homo sunt vna persona Christi æterna.

Quinta dif.  
similitudo  
ex diuer-  
tate modi  
definendi.

C Quinta dissimilitudo est quantum ad desinere utriusque. Nam in morte hominis anima rationalis definit esse unita carni, & caro definit esse unita animæ rationali; sed in morte Christi anima fuit separata à carne, & persona Verbi semper coniuncta fuit carni, & animæ, vt ex hoc dicatur Christus iacuisse in sepulchro, quia ipsa persona Christi erat coniuncta carni iacenti in sepulchro; & dicitur Christus descendisse ad inferna, quia persona Christi erat coniuncta animæ, secundum quam descendit ad inferna; ergo non est omnino simile, quod sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus: quia in morte puri hominis, vel tollitur personalitas coniuncti, vel si remanet in anima, personalitas illa est separata à carne, & caro separata ab ipsa: sed in morte Christi personalitas Christi remansit intacta, nec fuit separata ab anima, nec à carne, sed semper remansit coniuncta utriusque.

Sexta dif.  
similitudo,  
quia anima  
non opera-  
tur sicut  
vnióne ad  
corpus.

D Sexta dissimilitudo est quantum ad agere; non enim hoc pacto sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus. Namque vniōnem ad carnem non agit, vel operatur anima, sed hoc agit, & operatur ipse Deus, qui creando animam, infundit eam carni, & infundendo eam carni,

Luc. c. 1.

Ierem. 31.

carni, creat ipsam. Sed Incarnationem A Verbi, vel vniōnem eius ad carnem, siue ad humanam natūram fecit ipse Deus, vel ipsa persona Verbi vna cum Patre, & Spiritu Sancto; quia licet persona Filij sola sit incarnata, incarnationem tamen ipsam, vel inductionem Verbi ad carnem operata est tota Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.

*Septima ex personalitate constitutio-*  
nē. Septima dissimilitudo est quantum ad personam constituere, quia tām anima rationalis, quam caro faciunt ad constitutionem personæ puri hominis, sed humanitas nihil facit ad constitutionem personæ Christi, sed substentatur in persona Verbi, ab æterno in esse constituta.

*Octaua ex constitutio-*  
ne naturæ communis. Octaua dissimilitudo est quantum ad communem speciem accipere. Nam ex anima rationali, & carne conflatur vna natura communis, quæ dicitur humanitas: *Sed in Christo Iesu, secundum Damasceni opinio-* secundum, non est communem speciem accipere, ita quod ex diuinitate, & humanitate non conflatur vna natura communis tertia; ergo in Christo Iesu non est accipere communem speciem, & communem naturam conflatam ex humanitate, & diuinitate.

Assignauimus igitur aliquas similitudines, quod sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus, & cum hoc assignauimus multas dissimilitudines, quia, (vt patet ex dictis) per similia, & dissimilia, quæ assignauimus potest Incarnationis veritas patefieri.

### R E S P. A D A R G V M.

Ad primum dicendum, quod vniō, vel esse vnbile, sic dicit aliquid actu in Deo, quod dicit relationem secundum rationem tantum, secundum quem modum, sunt omnes relationes, quæ conueniunt Deo ex tempore. Nam licet Deus sit Dominus creaturæ ex tempore, tamen incœpit esse Dominus, quando incœpit ei seruire creatura. Licet ergo Deus sit verè Dominus creaturæ, cum hoc incooperit esse ex tempore, non potuit esse per mutationem factam in ipso, sed per mutationem factam in creatura; sic etiam quod persona diuina est vnbilis creatu-

ræ, hoc non est per mutationem factam in persona diuina, sed per mutationem factam in creatura; sufficit enim, quod fiat mutatio in altero extremorum, ad hoc quod sit vera relatio in utroque; vt sufficit, quod sit mutatio in sola creatura, & quod sola creatura incipiatur de novo esse, ad hoc quod verè Deus referatur ad creaturam, & verè sit Dominus creaturæ; & creatura verè referatur ad ipsum, & verè sit serua eius. Sic & in proposito esse vnbile, vel esse verè, & actu vnitum creaturæ in unitate personæ, potest competere personæ diuinæ, non per mutationem factam in Deo; sed per mutationem factam in creatura. Cum ergo dicitur, quod omne vnbile est possibile ad vniōnem, dicemus, quod ista possibilitas non est per possibiliterem, vel per mobilitatem, quæ sit in persona diuina, sed per possibiliterem, & mobilitatem, quæ est in creatura. Cum ergo additur, quod omne, quod mouetur, ab alio mouetur, patet argumentum procedere, ac si omnis persona esset vnbilis creaturæ, per mutabilitatem factam in ipsa persona diuina, sed cum hoc sit per mutabilitatem factam in creatura, non potest argui, quod ipsa persona diuina moueat ab alio, sed quod ipsa creatura mouetur ab alio, etiam essentialiter: quia mouetur à tota Trinitate, ad hoc, quod vniatur alicui personæ diuinæ in unitate personæ. Nā vt dictū est, licet tota Trinitas nō oporteat quod vniatur; tota tñ Trinitas operata est vniōne Filij ad carnem.

Ad secundum est dicendum, quod ipsa persona diuina, siue Dei Filius non est vnitus carni, vel naturæ humanæ, vt ab ea perfectionem recipiat, sed vt ei suam perfectionem communicet. Non est enim Dei Filius perfectior, quia est vnitus carni, sed humana natura est perfectior, quia est vnta Verbo: tamen quia facta est vniō in persona diuina, siue in persona Verbi, eo quod sit ibi communicatio idiomatum, quia ex hoc, quæ sunt Dei conueniunt homini, & è conuerso; Nam in quacunque persona est natura diuina, oportet quod illa persona sit Deus, & in quacunque persona est natura humana, oportet, quod illa persona sit homo. Et quia in eadem persona Christi

Possit Deus aduenire vera relationes ex tempore per solam mutationem factam in creatura.

In Incarnatione nullam Diuinum Verbi acquisitionem, per sectionem, sed: eā humanæ naturæ communivit.

*vera, ac propria idiomatum comunicatio fundatur in uno ne hypostaseis, leviori tate personae in veraque natura non autem in acquisitione noue perfectionis, que accesserit Verbo.*

Christi est vtraque natura diuina, & humana, oportet, quod Christus sit Deus, & homo: propter quod communiter dicitur, quod tanta fuit illa unio, quod fecit Deum esse hominem, & hominem Deum. Et quia Deus est homo, & è conuersò, oportet, quod ea, quæ sunt Dei conueniant homini, & è conuersò. Quantum ergo ad communicationem idiomatum propter unitatem personæ Christi, idiomata Dei possunt attribui homini, & quod homo ille est Deus, est creator, est infinitus; & etiam idiomata hominis possunt attribui Deo, vt quod Deus est passus, est mortuus, est sepultus; sed quantum ad perfectionem, persona diuina non est perfectior, quia est coniuncta naturæ humanæ; sed natura humana est perfectior, quia est coniuncta persona diuinæ.

*Inter infinite distantia est proportio ordinis, non commensuratio nisi.*

Ad tertium dicendum, quod inter infinite distantia non potest esse proportio commensurationis, quia finiti ad infinitum non est proportio commensurationis, sed potest esse ibi proportio ordinis. Concedit enim Philosophus in 8. physic. quod Primum mouens habet virtutem, & potentiam infinitam; hoc tamen non obstante, vult, quod omnia alia, tamen mouentia, quam mota ordinentur ad Primum mouens; ad hoc ergo, quod natura creata vniatur persona diuinæ, non oportet, quod sit ibi proportio commensurationis, sed sufficit quod sit proportio ordinis.

Ad quartum dicendum, quod contrarium non potest vniiri contrario; quod idem secundum idem suscipiat prædicationem contrariorum, vt quod idem secundum idem sit album, & nigrum; sed bene possunt vniiri contraria, quod vnumquodque contrariorum remaneat in suo esse, & hoc modo idem, non secundum idem; sed secundum aliud, & aliud, suscipiet prædicationem contrariorum; vt idem suppositum secundum vnam partem possit esse perfectè album, & secundum aliam partem perfectè nigrum, & talis unio facta est in persona Christi, quia natura humana, siue natura creata remansit natura creata, & natura increata remansit increata. Et idem Christus non secundum eamdem naturam, sed se-

A cundum aliam, & aliam est Deus, & homo, æternus, & temporalis, genitus æternaliter à Patre, natuus temporaliter à Matre.

Ad quintum dicendum, quod spiritus non potest esse corpus, & si loquamur de intellectu possibili, quia non fundatur in aliquo organo, tanquam in subiecto, ideo nec est corpus, nec virtus in corpore: tamen quantum ad unitatem personalem, quia in eadem persona hominis habet esse anima rationalis, & corpus, ideo idem homo est rationalis per animam rationalem, & est corporeus per corpus, & taliter potest accipi corpus, quod homo debet dici corpus, vt in sequenti quæstiōne patebit. Sic quia in eadem persona Christi est natura diuina, & humana, ideo idem Christus est Deus, & homo; & quia homo est corpus, prout corpus est genus ad hominem, & prædicatur de homine: idcirco Dei Filius, prout est Deus, nec est corpus, nec virtus in corpore, id est, non est virtus, quæ sit perfectio corporis, sed, prout homo, potest dici corporeus, & corpus, vt est per habita manifestum.

*Sicuti intellexus possibilis, quia non fundatur in aliquo organo, tanquam in subiecto, nec est corpus, nec virtus in corpore. Ita Dei Filius, prout est Deus, nec est corpus, nec virtus in corpore, sed prout homo potest dici corporeus, & corpus.*

## ARTIC. III.

*Utrum tota persona hominis sumatur ex anima rationali. Conclusio est negativa.*

Colleg. Conimbric. 2. de Anima q. 2. art. 1. & 2. Suar. disp. 34. Methap. Sect. 5. à num. 27. usque ad 34.

Didac. Aluar. in 3. p. disput. 2. 9. Domini.

Bannes 1. p. q. 76. art. 1. dubit. 4.

Caiet. ibidem ad 5. & 3. p. q. 6. art. 3.

**E C V N D O** queritur. Utrum tota persona hominis sumatur ex anima rationali: ita quod persona hominis sit anima hominis, caro autem non sit persona, nec faciat ad constitutionem personæ, sed sit aliquid adueniens personæ. Et videtur quod sic. Sic enim arguit Hugo de Sacramentis lib. 2. par. 1. cap. 10. *Hugo de sacram. lib. 2. p. 1. c. 10.* Persona est rationalis naturæ individua, substantia. Hęc enim diffinitio de persona est data à Boetio in libro de duabus naturis,